*Potentias in homine de non ente ſtatuit. Opt: &c.*
*O quàm Pater ingenitus, excellens potentia,*
*Patre procedit Filius diues ſapientia,*
*Ab vtroq; manat Spiritus prædulcis clementia,*
*Hæ tres Perſonæ penitus, ſimplices eſſentia. Opt:*
*Magnus Deus in opere, maior in Natura,*
*Potens mira perficere, patet in creatura,*
*Qui polum ſciuit pingere plaſmabili pictura,*
*Cuncta diſponit pondere, numero & menſura. Opt:*

Autor



*Autor deſcendit cœlitus in caritate pura,*
*Occultans ſe diuinitus ſub lilij clauſura,*
*Quid nam admirabilius quàm virgo paritura?*
*Quod Eſaias penitus proſpexit in figura. Opt: &c.*
*Sol vertitur zodiaco, gradiens in Geminis,*
*Dum ſol ſupremus thalamo iuueneſcit virginis,*
*Erupit fons cum balſamo cœlicæ dulcedinis,*
*Roſa creuit de calamo in ſalutem hominis. Opt: &c.*
*Fecit grande conuiuium amator caſtitatis,*
*Suſcipiens homagium noſtræ fragilitatis,*
*Qui carnis per ſupplicium nos redemit gratis,*
*Laudemus Dei Filium, cum angelis beatis.*
*Optima ſunt entia, &c.*

# DE EVCHARISTIA.

XXXVIII.



Diuinum myſteri um



modò declaratur, & mens infidelium

tumens



tumens execratur, firma ſpe credentium



fides robora tur.

Panis primo cernitur, qui dùm conſecratur,
Chriſtus tunc porrigitur, & ſub pane datur,
Quomodo efficitur, Chriſtus operatur.
Et vinum ſimiliter cum ſit benedictum
Et tunc eſt veraciter ſanguis Chriſti dictum:
Credimus communiter verum eſt non fictum.
Fides eſt ſummoperè credere in Deum,
Panem ſanctum edere & tractare eum,
Iubet Chriſtus ſumere, Hoc eſt corpus meum.
Nobis celebrantibus iſtud Sacramentum,
Et cunctis credentibus fiat nutrimentum:
Iudæis negantibus fit in detrimentum.
Pater, Nate, Spiritus almum conſolamen
Det nobis propitius noſtrum reſtauramen,
Ut cum cœli ciuibus perſonemus, Amen.





IEſus Chriſtus noſtra ſalus



quod reclamat omnis ma lus, nobis ſui



memoriam dedit in panis ho ſtiam.

O quàm ſanctus panis iſte,
Quem tu præbes Ieſu Chriſte,
Caro cibus, Sacramentum,
Quo non eſt maius inuentum.
Hoc eſt donum ſanctitatis
Charitasq; Deitatis,
Virtus & Euchariſtia,
Communionis gratia.
Aue deitatis forma,
Dei vnionis norma,
In te quiſque delectatur
Qui in fide ſpeculatur.

Non ſolus panis, ſed Deus,
Homo liberator meus,
Qui in cruce pependiſti
Et in carne defeciſti.
Non augetur conſecratus,
Nec conſumtus fit mutatus,
Nec diuiſus in fractura,
Plenus Deus in ſtatura.
Eſca digna Angelorum,
Charitasq́; lux ſanctorum,
Lex moderna comprobauit,
Quod antiqua figurauit.
Salutare medicamen,
Peccatorum releuamen
Paſce nos, à malis leua,
Duc nos vbi lux longæua.
Caro cibus, ſanguis potus,
Manet tamen Chriſtus totus,
Huic ſit laus & gloria
In ſeculorum ſecula.

# CANTIONES
## *precum.*

O Rex



O Rex cælorum Domine,
Te deprecor, exaudi me



tu mundi factor fabricæ, Nec te latent
tuo redemtum ſanguine. Ab aluo ma-



ſæuiſsima quæ commiſi flagitia.
tris hactenus, ſuccurre Rex propitius.

Tu es enim piiſsimus, qui de ſupernis ſedibus
Veniſti me redimere, noli peccantem perdere,
Quid proderit, ſi pereo, mihi tua redemptio?
Certè foret vtilius, ne vnquam eſſem genitus.
In domo quondam Simonis, tu inceſtæ mulieris
Diluiſti facinora, mira nimis clementia,
Tu pius es hæretici miſertus & Theophili,
Quia conuerſus doluit, ſummam mercedem habuit.

Memento Rex magnifice, qui es dignatus dicere:
Nolo peccantem perdere, ſed conuertentem viuere:
Peccator ſum non abnego, idcirco ad te clamito.
Nã potens es dimittere quicquid peccaui Domine.
O magnæ Rex potentiæ, O pietatis vnice
Audi preces quas profero, tibi pro me miſerrimo,
Quis niſi tu me audiat? quis præter te ſubueniat?
Si non audis, ad alium non eſt recurſus Dominum.
Sit tibi laus & gloria, per cuncta Ieſu ſecula,
Qui miſereris omnium, ad te piè clamantium,
Eadem laus mitiſsimo ſit Patri cum Paraclito,
Uni trinoq; Domino qui regnat ſine termino.

XLI.



O Chriſte Rex pijſ ſime cun-
Tu nobis ſis certiſsimè ſo-



ctorum plaſmatorum, Sis omnibus in ho-
lamen peccatorum.



ris, te corde flagitantium, & ore collau-
dantium





dantium ſtipendium laboris.

Præcellit Roſa lilium candore puritatis,
Virgo adorat filium quem parit, caſtitatis,
Hic ſydus claritatis, hic balſamo ſuauior,
Sole, luna, ſplendidior feruore charitatis.
Virtutum flos & gratiæ, aures ad nos inclina,
Placata Patris facie, chariſmata propina,
Nos à mundi ſentina celerius eripias,
Et tecum nos cuſtodias in vnitate trina.

XLII.



A Ve Rex regum omni-
Tu virtutis principi-



um, O Ieſu ſalus hominum credentium,
um, tu pauperum refugium, ſola tium,



qui pauperes ſaluare vo luiſti.
tu verùm lumen mundo con tuliſti.



Te collaudat exercitus cæleſtis Angelorum,



magnificat, glorificat & prædicat, adorat



omnis ordo bea torum.

Tu ſolis habitaculum,
Iuſticiæ ſpectaculum, ſignaculum,
Tu ſolus Patri ſemper placuiſti,

Tu vitæ



Tu vitæ propugnaculum,
Tu ſummi Dei aureum palatium,
Tu caput Holofernis confregiſti,
Tu balſami ſuauitas, tu odor pigmentorum,
Tu charitas, tu caſtitas, tu bonitas,
Tu fragrans cella plena vnguentorum.

Ad te clamantes reſpice,
O Ieſu pie protege & eripe
A laqueo æterno damnatorum,
Mentes ægrorum refoue,
Lapſorum greſſus erige & dirige
Ad te tuorum corda famulorum.
Tu lilium conuallium, tu mala granatorum,
Tu campi flos, virtutum dos, & cæli ros,
Tu perduc nos ad regna ſupernorum.

## Prima Vox.

XLIII.



P
AR-
IV-

 ce Chri-


ce Chriſte ſpes reo rum,
cundare gloria:
pœnitenti ſer uulo ipſum ſoluens à ſuorum
reis vena ve niæ Ieſu Chriſte, cæcis via,
delictorum vinculo, ij
fons & dator gratiæ ij
Potes enim quantum velis: ergo par-
huc intende, condeſcende pijs quæ-
te Domine ij Ad quid namq; te fide-
ſo precibus ij ac fa ueto vultu læ-

lis ſi




lis ſi careret crimine ij inuocaret? nec tu
to meis ſupplicatibus Dei Nate, (Eli
fores ij tanto dignus ſolio ij
grate ij Patris qui te fecerat ij.
ni fuiſſent peccatores,
Nunc Natura ſua iura
& Patrum transgreſſio ij Etſi
mutare ſtupuerat ij Chriſte
pœnam culpa poſcit, culpam delet gratia ij
frater, tua mater virgo viri neſcia ij

 cum


cum ſit maior qui ignoſcit, quàm is cui
Stella Solem parit prolem, cuius e-
ſit ve nia y-
rat fi lia ij.

## Altera Vox.


PAr ce Chriſte ſpes
Iu cundare glo-
reo rum pœnitenti ſer-
ria: reis vena ve-
uulo


uulo, ipſum ſoluens à ſuorum delictorum vin-
niæ Ieſu Chriſte, cœcis via, fons & dator gra-
culo, ij potes
tiæ ij huc in-
enim quantum velis: ergo parce Domine
tende, condeſcen de pijs quæſo precibus
ij Ad quid namq; te fidelis, ſi ca-
ij ac fa ueto vultu læto meis
reret cri mine, inuocaret ? nec tu fores
ſupplica tibus, fili grate, Dei Nate
tanto



ij tanto dignus ſo lio ij
ij Patris qui te fe cerat ij.



ni fuiſſent peccato-
Nunc Natura ſua iu-



res & patrum transgreßio ij ij
ra mutare ſtupuerat ij ij



Etſi pœnam culpa poſcit, culpam delet gratia,
Chriſte frater tua mater virgo viri neſcia



ij cum ſit maior qui ignoſcit quàm is
ij Stella Solem parit prolem cuius

cui





cui ſit veni a
erat fili a



ij.
ij.

# DE FRAGILITATE & miſerijs humanæ conditionis.

XLIV.



V Anitatum vanitas, omnia



ſunt vana, Nil ſub ſole ſtabile in vita huma-
na, ve-



na, velut fumus tranſijt gloria mundana,



iſta cur amplecteris O tu mens inſana?

Si cæcus es an oculus tibi caligauit?
Et apertis oculis cæcitas proſtrauit,
Vel tuam dementiam furor indurauit,
Iſta non conſideras, neq; cor expauit.
Dic miſer homuncule quidnam cogitaſti?
Cuius erunt omnia hæc quæ congregaſti?
Ad caput reponitur tibi quod amaſti?
Nequaquam: ſed poßides id quod ignoraſti.
Animam Diaboli rapiunt ad pœnas,
Amici pecunias diuidunt amœnas,
Vermes carnem deuorant ſimul atq; venas,
Res tua deuoluitur ad manus alienas.
Vxori & liberis res tuas liquiſti,
Pro his miſer animam tuam poſuiſti,
Vxor ducit alium quem tu non nouiſti,
Tui obliuiſcitur quam ſic dilexiſti.

Sic



Sic perit memoria tuorum filiorum,
Ipſis ſuccedentibus in proſperis bonorum,
Gaudent cum gaudentibus, vt mos eſt eorum,
It tui memoria cum ſonitu verborum.

XLV.



Inſignis eſt figura quam ad-
Ambigua ſtatura cuius



inuenit aries cunctorũ flos camporũ, mũdũ vo-
rugoſa facies, aſperitas membrorũ, vita præ-



cando vetulam greſſu mi rabilem.
ſentis formulam monſtrat in ſtabilem.



Conſtat cunctis certiſſimè iam toties expertum
quòd



quòd defluit citiſsimè finem habens incertum,



hanc ergo credas fabulam rem tàm pro-



babilem.

O quàm multa promittit,longam vitã,diuitias,
Fauores & honores, tandem in fine decipit
Te fallibiliter.
Nam nudum te dimittit ad maximas miſerias,
Dolores & horrores, corpus dum terra ſuſcipit
Miſerabiliter.
Poſſeßio diſrumpitur hæredes per carnales,
Et anima demergitur ad pœnas infernales,
Scito quis iſta recipit iam ſatis grauiter.
Quàm miſer es auare qui non vis Deo credere,
Nec in eum ſperare, qui diligis terreſtria
Spernens cœleſtia.

Prædico



Prædico tibi clarè, quod citò debes perdere
Quæ congregas auarè, teq; cum violentia
Tollit mors impia.
Verſutias, aſtutias perſoluis cum vſura,
Poſt carnisq; delitias quas poßides cum cura,
Traheris ad ſupplicia ſemper manentia.
Si tamen vis ſaluari, innixus Chriſti Sanguine,
Dum tempus indulgetur, pietatis operibus
Inſta fideliter.
Miſericors placari Pater poteſt facilimè,
Si tamen exoretur: nam lachrymis & precibus
flectitur dulciter.
Nam ſi conuerſus fueris corde ſimul & ore,
Tuaq; libens dederis diuino cum amore,
Verè cum ſanctis omnibus viues feliciter.

XLVI.



M Irum ſi læteris, dum ex ap-
Mors fallax Sophiſta, breues di-



parentibus magis quàm ex veris, mors conclu-
es hominis, quàm vera ſunt iſta, intus a-

 dit &



dit & illu dit, homo quid tunc eris?
ret & diſparet fragilis a riſta.



Cum ſine vitijs homo vix in mundo heu ſit,



ſupplicijs in lacu profundo agitatur & pul-



ſatur, vt ventis arundo.

Mors mundi figura,
Quæ corrupta ſubitò perit, vt pictura,
Non in luctu, ſed in fluctu hominem demtura.
O mundi Sophia
Nos errantes corrige veritatis via,
Vt

Vt eamus, ne cadamus in mortis ruina.
Tu ſpes humilium rutilans aurora,
Pro nobis Dominum iugiter implora,
Adiuuare tu dignare nos mortis in hora.
Hominem tàm durum
Iacentem in crimine, ſe iudicaturum,
Dum poſt mortem ſciat fortem iudicem venturum,
Quid artes? quid iura
Tibi proſunt homini? ſolùm ad futura,
Vel eſt ite vel venite iudicis cenſura.
Ergo dum veneris Iudex iudicare,
Tu noſtri generis ſtatim memorare,
Quos emiſti, redemiſti, noli condemnare.

XCVII.



mentes perfidas & linguas



duplices, & teſtes ſubdolos & falſos iu-



dices: auratè fabricant fraudum ar-



tifices, in dorſo pauperum ferrum



& ſi lices.

Impunè frangitur fides in publico,
Vix poteſt credere priuignus vitrico,
Vix pater filio, vix æger medico,
Ipſe qui conqueror in fide claudico.
Vbiq; timeo dentem vipereum,
Venenum ſeminant vendentes oleum,
Qui tecum loquitur trahit ad laqueum,
Vt tibi temperet doloris balneum,
Nullus nocentior hoſte domeſtico,
In magno decipit ſicut in modico,
De non ambiguis apertè iudico,
De fratris laqueo vix pedem explico.
Si bonum fecerim, occultè lacerat,
Si malum aliquid, fingens exaggerat,
Si verum approbo, in multis peierat,
Vt proſit hoſtibus amicos vulnerat.

Minatur

Minatur filio mortis in radio,
In viſu Regulus, in cauda Scorpio,
In dente coluber, princeps in gladio,
Ficta ſimplicitas in falſo labio.
Clamore ſuper hos infero terminum
Per ægritudines, per ictus fulminum,
Romana curia fouet periuria,
Pro nummi gratia ſaluat mendacia.

XLVIII.

N



Vnc floret mendacium pra-
Fraus donis coronatur, vir-
Tunc vis virtutis viguit, di-



uitatis conſortium, in mundo diliguntur
tus ſub pede datur, pietas & fidelitas
ſcipulus dum timuit doctorē cum pudore,



qui falſa obloquuntur, veri tas mutabi-
eſt tanquā beſtialitas, indignus recipi-
ſed iam addiſcunt more mala propaga-

 tur



tur, & fides deſo labitur, ama bitur ne-
tur, egenus verò premitur, Mammon & vſura
re, nec volunt nunc amare artis incre-



qui tia, diſperditur iuſti cia:
Sathanæ ſunt cura præcipuè:
mentum, ſit ergo detri mentum



Praua auaritia, iam & vana gloria in
iura renuerunt, iam & bona diuiſerunt,
præfatæ diſciplinæ mores dant ruinæ,



cunctis malignatur. Si tibi ſit iuſticia iam
mala reponuntur. Heu ſtudij moralitas, ri-
ſenſu abutun tur. mundi





mundi ſæui tia malè te tri-
goris quippe bonitas lapſum pati-



ſtatur.
untur.

XLIX.



M Vndanis vanitatibus
Elatus facultatibus



aſtrictus po tentatibus, Nam ſapiens
reſiſtit cum dogmatibus. Sunt iſta tran-
 ſic in-



ſic inſtruit,ſeruire magis congruit veris fe-
ſitoria ſpernenda velut ſcoria, propter cœ-



li cita tibus abiectis fal ſi-
li pala tium verum gazo phy-



tatibus.
lacium.

Vorax infernus ſurripit ſuis nos ſuaſionibus,
Conſentientem corripit æternis torſionibus,
Mundus extollit leuiter illos quos fallit breuiter,
Mortem ponens in foribus multos pulſat timoribus.
Carnalis vrget macula perurens quaſi facula,
Multi pro tanto vitio torrentur in ſupplicio.
Traduntur in hiſtoriis viri digni memoriis,
Virtutibus eximiis fulſerunt & ſcientiis,

Cunctis



Cunctis locis & viculis ponentes ſe periculis,
Spreuerunt hîc terreſtria, amplexi ſunt cœleſtia,
Præclari Solis radio certabant in hoc ſtadio,
Patris Abrahæ gremio funguntur vitæ præmio.
Quorum ſcholares ſtudio benignè vos erudio,
Hæc vobis ſit concluſio, vana deſit confuſio,
In mentē nam maleuolam, deformem ſiue friuolā
Non intrat Sapientia virtutum ſeu decentia.
Clamans inquit Sagacia, per mundi cuncta ſpacia,
Vitam bonam comperiet homo qui me reperiet.

L.



I N hoc vitæ
Con cludit in
Bel la mouent
Sur ſum mentem



ſta dio diuerſa condi tio
tu mulo mors multos ex cumulo
plu rima mundus & dæmo nia
e rige, tua facta cor rige

 carnis



carnis eſt huma næ: A-
populi frequenter, Oc-
carnem infeſtan tes: vul-
in hac vita du ra, la-



git hic in vi tijs, ille in
cultat in pul uere diuitem
nus ſuffert a nima ex eiſ-
bili ac fla bili, debili



diui tijs, & hic eget pane: mors
cum pau pere: tunc indiffe renter, fa-
dem ſau cia: clamant hoc gu ſtantes: pa-
ac fle bili, citò tranſi tura: ſen-



vt ponit metas ſubit omnis ſexus & ætas,
ctis vel verbis, homo ſimplex vnde ſuperbis?
ce frui plena cupiens, de ſorde refrena
tit adhuc proles quod commiſere parentes:

cum





Cum mors quemq; ferit, quis
Nam ſi credi deris tu
carnem morti feris ne
Hinc tua facta rege, nec



modò tutus erit.
citò puluis eris.
pareat vi tijs.
mala corde tege.



HOneſtatis decus iam muta-
Heu indigni quærunt ſublima-
Fides amicorum iam vacil-
Audi fili morum diſcipli-



tur, occultatur veritatis ſplendor per men-
ri, vt lucrari ſubditorum valeant pe-
lat, & titillat cor eorum adulans fal-
nam, & doctrinam Salomonis attendens cor

dacia



dacia, conculcatur Caſtitatis roſa ſub lux-
cunias: ſtrata namq; vitiorum heu perdunt
lacia, cũ propinat fel pro melle per verba præ-
inclina, vt ſecurus Saluatoris ſequaris ve-



u ria, omnis ætas, ſexus, ordo ſtudet
animas, & egenos priuant bonis, nec dant
dulcia, ore plaudant & applaudant ſibi
ſtygia: time Deum, placa eum, purga



auari tiæ, tranſit ætas morum, corde
eleemoſynas: ſed potentes ditant donis
per conuitia, corde fraudant meditando:
noxam lachryma, præſto ſis & ora eum



complectuntur vitia.
propter ami citias.
hæc nunc amici tia.
vt ducat ad gaudia.

Scribere





SCribere propoſui de contem-
Iam eſt hora ſurgere de ſomno



tu mundano,
mortis vano, Zizaniam ſpernere ſumto



virtutum grano: Surge, ſurge, vigila, ſem-



per eſto paratus.

Vbi ſunt qui ante nos in hoc mundo fuêre?
Venias ad tumulum ſi vis eos videre:
Cineres & vermes ſunt poſtquam computruêre.
Surge, ſurge, vigila, &c.

In hoc

In hoc mundo naſcitur vir omnis cum mœrore,
Atq; vita ducitur humana cum labore,
Poſt extremum clauditur cum funeris dolore. Sur.
Vita breuis, breuiter in breui finietur,
Venit mors velociter & neminem veretur,
Omnia mors ſurripit, & nulli miſeretur. Surge. &c.
O ſi ſcires gloriam in Regno beatorum,
Nunquam dares animam ad vana mundanorum,
Sed ſeruires iugiter Rectori angelorum. Surge. &c.
O quā felices hi ſunt qui cum Chriſto regnabunt,
Facie ad faciem dum ipſum inſpectabunt,
Sanctus Sanctus Sabaoth, Domin9 proclamabunt.
O quàm dolor flebilis à Chriſto ſeparari,
Et nunquam in numeris iuſtorum nominari,
Sed ſemper in tenebris inferni cruciari. Surg: &c.
O ſi pœnam minimam ſentires damnatorum,
Benè vim hîc ſufferres cunctorum tormentorum,
Ut ſic poſſes fugere dolores captiuorum. Surg: &c.
Ibi nullam requiem acquirunt exiſtentes,
Nec laſſantur Dæmones animas punientes,
Quorum voces clamitant, Væ Væ æternaliter.
Surge, ſurge, vigila, ſemper eſto paratus.

LIII



IAm verus amor
Iam legem dolus expira-

den 18 Febri



expirauit, pax in terris exulauit, Patri
impugnauit, totus mūdus ſe mutauit, noua



pro les imperat.
lex exuperat.



Fidem fraus incarcerat, famam lingua la-
Omnes mundi ſemitas occu pauit no-



cerat, regem rex exuperat, plebem plebs vi-
uitas, vanitas, iniquitas, guerra vel ho-



tuperat. Quis errores numerat quos
ſtilitas. Ebria modernitas res
mundus



*mundus exag gerat.*
*amat inſo litas.*



*Bella placent au licis, proteruire ru-*
*Vulgus habet o nera, ægreferens vul-*



*ſticis, vſura poli ticis, Simonia*
*nera,quis neſcit quot o pera ſequuntur poſt*



*cle ricis. Plus placet iam fatui-*
*fu nera? Plus truncatus habi-*



*tas quàm perſonarum Trinitas,plus Decij*
*tus quàm dona ſancti Spiritus, plus ido-*
*nobilitas*





*nobilitas quàm fides, ſpes & caritas.*
*rum ſeruitus quàm pro peccatis gemitus.*



*Plus placet crinis tractio, quàm Pſalmus vel*
*Iam amplectuntur odio cle rus &*



*ora tio,plus veneris abu ſio quàm miſſa*
*Religio, quis nouit ab ini tio tot riuu-*



*vel deuotio. Ma ior cedit*
*los à vitio? Pœ na iacet*



*& obedit,minor ſenem ar guit, ſchiſma*
*culpa placet cleris,ſeruis,dominis: docti*
L redit



*redit, retrocedit lex quæ prius placuit.*
*degunt,ſtulti regunt,lucra dantur aſinis.*



*Pompa placet fœminis, talis ſtatus hominis*



*eſt in mundi terminis.* LIV.



M*Ars præcurrit in planetis,*
*Sed tyranni & feroces,*



*homo pacis & quietis nil valet in ſeculo:*
*qui ad mala ſunt veloces hi regnant in populo:*

*Effrenes*





*Effrenes & indomiti, qui deuaſtant & in-*



*cendunt,quæ ſunt ſua non attendunt, tales*



*placent Comi ti.*

*Ducunt vaccas, equos, boues,*
*Capras, hircos, porcos, oues,*
*Et ſi qua ſimilia.*
*Ducunt lanam atq; linum,*
*De rapinis implent ſinum,*
*Nudat matrem filia.*
*En Iudex ante ianuam*
*Clamat: redde quod tuliſti,*
*Vel peribis caſu triſti,*
*Mortem per turpiſſimam.*
*Ieſu Chriſte Fili Patris*
*Confer nobis iam renatis*



*Tuum*

Tuum ſanctum Spiritum,
Quid prodeſſet nobis naſci,
Si tu velles Rex iraſci
Ad noſtrum interitum?
Memento quòd ſumus tui,
Tu es factor, nos factura,
Tibi ſit pro nobis cura,
Te precamur cernui.

L V.



Nualuit mali tia,
Deſpicitur iuſti cia



iam hora ve ſpera rum:
vbiq; nunc terra rum:



Creſcunt crebrò vitia rerum mundanarum,

Eſt





Eſt concors ad ſupplicia imago di-



uinarum.

Ocello luſtrat ſingula Naturæ vim pertranſiens,
Duelloq; ſubtilia ſophiſmatum diſcutiens,
Cum mundi huius machina et gyrum cœli ambiens,
Quæritq; ſic magnalia ſeipſum homo neſciens.
Amat nunc mundus dulciter honores popula-
Erigitq; ſuauiter ad gradus clericales, (res,
Fallit tandem breuiter quos iam fecit tales,
Nec velut pridẽ nequiter nunc fallit, immortales.
Exurgens iam reuertere ô dulcis mî amica,
Emendemus nos hodie ne moriamur ita,
Ad pedes Ieſu ſuſtine imago inſignita,
Nil tibi ſit amabile niſi ipſa vita.

L VI.



Vm ſit omnis caro fœ-
Cerne quid es quid & e-

 num



num,& poſt fœnum fiat cœnum, homo
ris, modò flos es, ſed verte ris in fa-



quid exotol leris?
uillam cine ris. Terram teris, ter-



ram geris & in terram reuerteris qui



de ter ra fu eris.

Homo dictus es ab humo,
Citò tranſis, quia fumo ſimilis efficeris,

Nunquam

Nunquam in eodem ſtatu
Permanes dùm ſub rota tu huius vitæ
Volueris. Terram teris, &c.
Homo naſcens cum mœrore,
Vitam ducens cum dolore, & cum metu moreris,
Te memento moriturum,
Et poſt mortem hoc meſſurum,
Quod hic ſeminaueris, Terram teris, terram
geris & in terram reuerteris &c.

LVII.

TENOR.



I Eremi-
Nam Rache-
Fraus Hero-
Pœna ia-



æ propheti æ ſtylus
lis gens crude lis, natum
dis prauis mo dis toti
cet, culpa pla cet cleris,



nouè



noue pingitur, Hierarchiæ matris piæ vox in
ſudat ſternere ventis, velis, fraudis telis, quoſq;
terræ imperat, fidẽ frangat, captus plãgat, noua
ſeruis, Dominis: Iuſti degunt, ſtulti regunt cũctis



Ra ma gignitur, Vlulatus & ploratus
vult peri mere. Nunc raptorum exactorũ
lex exu perat. Maior cedit & obedit,
mun di terminis, Conculcatur, eneruatur



præ mœrore fi liæ. Nam affa-
qui placent in cu ria, Domino-
minor ſenem ar guit, Schiſma re
clerus & Re li gio. Quisnam ſci-



tus nec ſo latus hanc vir eſt
rum oppreſ ſorum tollunt res
dit, retro cedit lex quæ pri-
uit vel au diuit tot riuos
clementiæ.





clemen tiæ.
cum fu ria.
us pla cuit.
à vi tio?

BASSVS.



IEremi æ Propheti-



æ ſtylus nouè pingitur, Hierarchi-



æ matris piæ vox in Rama gignitur,



Vlu latus & ploratus præ mœro re



*fi liæ. Nam affa tus nec ſo*



*latus hanc vir eſt clementiæ.*

## DE VITA SCHO-LASTICA.

LVIII.



C A *ſtitatis ſpecu-*



*lum Scholares ama te, relinquentes ſe-*



*culum Scholas frequentate, puerorum ru-*
*dimenta*





*dimenta precor vt cola tis, & virtutum*



*incrementa ſummè diliga tis.*

*Boëtij ſtudia iubent amouere,*
*Veneris incendia, nec in his gaudere:*
*Aſſumatur pro exemplo Lucretiæ natus,*
*Corrigatur ſic extemplò iuuenilis ſtatus.*
*Commeſſationibus ſed heu iam aſſueſcunt,*
*Suis lectionibus omninò marceſcunt,*
*Sicut cauſæ & cauſati ſe contingunt ſedes,*
*Sic ſunt Bacchus fœderati atq; Ganimedes.*
*Intricatis veſtium gaudent ornamentis,*
*Et ſuorum crinium toruis polimentis,*
*Gulam ſuam decorare fuco concupiſcunt,*
*Magiſtratum honorare pauci iam addiſcunt.*
*Tabulatis calceis incedunt elati,*
*Et in ſemicirculis gyrant vt inflati:*
*Nolunt Scholis intereſſe truphis inhiantes,*
*Sed feſtinant his abeſſe vanis ambulantes.*

*Vitia*

Vitia dementiæ Scholares fugate,
Nectare Scientiæ vos inebriate,
Toto niſu cuſtodite morum honeſtates,
Et æternæ vobis vitæ dentur dignitates.

LIX.



O Scholares diſcite, auri-



bus percipite, oculis videte, quàm be-



atam ducitis vitam, quàm diligitis



ſtudium quie tis. Manè Scholas peti-
te, ve-





te, veſperi recedite domum repetentes:



quis ſtatus felicior ? quæ vita ſecurior



inter nunc viuen tes?

Reges, duces, comites, principes & milites 14
Nunquam ſunt ſecuri. 7
Viuunt enim miſerè, arma debent gerere
Semper pugnaturi.
Appellantur Domini: omini non homini
Talis laus debetur.
Bona tranſitoria ſunt eorum gloria,
Sicuti videtur.
Mercatores auidi, nocte die timidi
Flumina marina,
Propter lucrum tranſeunt, & quandoq; pereunt
Morte repentina.
Quorum

Quorum mercimonia ſorte pendent dubia,
Pariter & vita.
Viſu miſerabili pereunt de facili
Diu acquiſita.
Ruſtici ſunt aſini quibus terræ Domini
Dominantur mirè.
Quicquid habent, rapiunt, ſi non habent, adigunt
Pauperes abire.
De Theſauro paupere magnis ſolent addere
Magnam portionem.
Sed eò flebilius quòd his Deus citius
Mittat vltionem.
Regula Scholarium eſt excellens omnium
Vitæ ſanctitate.
Licet nulla ſimilis, tamen eſt difficilis
In aſperitate:
Soli Deo ſeruiunt, ſitiunt, eſuriunt,
Quorum paupertatem
Enarrare nequeo, conſequuntur ideo
Chriſti pietatem.
Ex iſtis colligite vitam, quam diligite
Semper clericalem.
Singula pertranſeo ita quòd nunc neſcio
Similem vel talem:
Vos eſtis in medio libero arbitrio
Ritè conſidentes,
Poſtquam ſenueritis Sacerdotes eritis
Deo ſeruientes.
Qui

Qui in terris proprium linquunt patrimonium,
Habent ſpiritale:
Quapropter ſollicitè, date preces debitè
Propter donum tale:
Ipſe vos ad gaudia transferat cœleſtia
Precibus placatus,
Vbi ſine termino hymnum canit Domino
Populus beatus.

LX.



S Scholares conuenite, li-
Tractabo vobis ritè, quæ,



benter hæc audite, procul à vitio Nam pri-
qualis veſtræ vitæ conſtet conditio. Vix vo-



mitus barbati, in facie ruga ti ſta-
lunt ablactati iam eſſe ſubiugati ſu-
bant



bant ri goribus.
is docto ribus.

En quondam timuiſtis Magiſtros, dùm ſediſtis
Vos in pulueribus:
Tunc certè profeciſtis cum ſubditi fuiſtis
Scholæ verberibus.
Omne caput langueſcit dùm paſtor oues neſcit
ac errans erit grex:
Latinum iam receßit barbaricum acceßit
Scholarum perit lex.

Scholaribus reuera pecunia in pera,
quinterna manibus,
Et capitis in ſphæra mitra fulget ſyncera
modis in omnibus.
Vix ſciunt G vt, A, re, nec Muſa declinare,
nec curant ſtudium:
Sed diſcunt chorizare, incipiunt amare
Mundi tripudium.

Diſciplinæ





Diſci plinæ fi lius ait imperterrito:
Frater cur ſis de uius, cur ſudas in vetito,
Eſto Noe ſi milis conſecratus Domino:
Fortè ſum odi bilis, quia verum concino.



Patienter patere



verba cum flagi tijs, noli dura ſper nere,



ne voluaris vitijs. ij

Timor eſt initium omnis ſapientiæ,
Timor fugat vitium vilis ignorantiæ,
Timor dat faſtigium Regiæ potentiæ,
Timor eſt humilium clypeus in acie. Patienter &c.

M Quid

Quid nocet id perdere quod tàm citò redeat?
Quidnam cutem vendere, cum citò reſloreat?
Pro cute recipere quod plus auro valeat,
Ergo frater patere quòd te timor arceat. Patient.
Dulcia non meminit qui non guſtat triſtia,
Mel (vt Plato cecinit) ſapit poſt abſynthia.
Nam Mattheus concinit inter Euangelia,
Vbi timor deſinit, incipit miſeria. Patienter &c.
Sicut humor modicus eſt medela floribus,
Sic & timor medicus optimus in rudibus.
Taurum domat Ruſticus ictu, fuſte, reſtibus,
Puerum Scholaſticus verbis & verberibus. Pat:
Nunquam Pharaonicus proficit in artibus,
Quia Diabolicus talis eſt in omnibus:
Iam ad finem contraho, velut ambo ſapimus,
Si vis eſſe Pharao, finis erit peſsimus. Pati: &c:

LXV.



ILla mortis pateſcit quam vi-



dit Iheremi- as: Cle-





as: Cleri ſtatus vile ſcit ſpernendo Scho-



læ vi as. Schola



nola virtutis, tutis clangeſcit moribus,



qui ſpernunt, cernunt luctum, fructum perdunt cum



floribus.

Linqunt Scholas Scholares iam ſpreta diſciplina,
Doctis apparent pares, parua docti doctrina,
Artes, partes poſtponunt, præponunt aulizare,
Qui ſcit parum quid ſcribere, ære ſe vult ditare.
Apoſtata infeſtus, vt ſuos plus moleſtat,
Aulæ ſcriptor moleſtus ſic & clerum infeſtat,
At cura prælatura aulizantes exaltat,
Prouectos vita rectos, hos honor iam perſaltat.
Virgam vidit Propheta præfatus vigilantem,
In Scholis quæ eſt ſpreta per mentem arrogantem,
Curas duras deſpiciunt, ſciunt vix la, ſol, fa, re,
Statim gradum ſic ſitiunt, fiunt aſtantes aræ.
Vitæ via vitatur, dùm clero deuiatur,
Pro libris trupha datur, taxillis diſputatur,
Tales quales hi regunt, degunt arte ſolertes,
Heu lex, quàm grex inſignis, dignis præfert inertes.
Sors Dei extat clerus ex Scholis procreatus,
Vt ſit votis ſyncerus, orat pro vulgo gratus:
O Chriſte pie Domine eſto clero ſolamen,
Vt hi qui tibi militant, vitent dirum examen.

LXIII



I N ſta dio labo ris
Sed brauium hono ris
currunt



currunt omnes ſo cij:
non ſequuntur ſinguli. Si non vis one-



rari, caue as honora ri, honor vult o-



nere grauari.

Sicut dulcedo mellis non euacuabitur,
Acerbitasq́; fellis nunquam relaxabitur,
Sic & in prælatura, nullus eſt ſine cura,
Rerum hoc exigit Natura.

Sed ſi in libertate viuere volueris,
Viuas in caritate, ſic tu non dolueris,
Nil habes, nil dolebis, perditum neq́; flebis,
Sed in hoc quod habes, gaudebis.

LXIV.



Schola morum floruit
Statim flos emarcuit,



dùm timorem habuit: ſed timore
nec florere potuit, mox timore



mortuo, defluo. Timor honoris vinculum,



inſtruit diſcipulum, ergo ſi vis inſtrui, fer



timoris iugulum, & docentis baculum, quem
repellunt





repellunt fa tui.

Timor laudabilium honor eſt Scholarium,
Pauperes magnificat.
Timor dat imperium, rudium ingenium
docet & autenticat. Timor &c:
Timor habet ordinem ad ſupremum cardinem,
Vbi nemo litigat.
Timor manſuetudinem excitat, & turbinem
Punientis mitigat. Timor &c.
Timor & attentio ſint Scholis in precio,
Puer qui aſſumſerit,
Puer in hoc biuio, ſi floret ingenio,
Triumphare poterit. Timor &c:
Timor eſt in inferis, quo concordant ſuperis.
Nam ſine Concordia,
Error eſt in cœteris, hæc ſunt verba veteris,
Qui timebat omnia. Timor &c.
Timor ei poculum, vitæ habitaculum,
In æterna gloria
Dat, ſi hunc tenuerit ipſumq́ ſapuerit,
Æua per ſolatia. Timor &c.

LXV.



SVm in aliena prouin-
cia con



*cia, conturbat me miſeria, iam deficit ſubſtan-*



*tia, euanuit lætitia ij.*

*O Saluator mortalium, conſolator fidelium,*
*Per te Deus nos ſaluauit, & à morte liberauit.*
*De prouincia ſum expulſus, in angaria ſum de-ſtructus,*
*Iam factus ſum vt laicus, conſtringit me viliſſimus.*
*Miles eſſem, equitaſſem, latro eſſem ſpoliaſſem,*
NB *Nõ ſum latro neq; miles, ſed Phœbi pauper Satelles.*
*Monachus eſſe non valeo, Eremita non audeo,*
*Mendicare erubeſco, & fodere iam nequeo.*
*O Saluator mortalium &c.*

LXVI.



*O Scholares voce pares, iam mecũ concinite,*
*Et choream iubileam ſemper mecũ ducite,*



*Iam ad feſtum modò mæſtũ ſeruitutis ſtudij,*
*Noſter cœtus ſperet lætus nobilis conuiuij.*

*Conui-*



*Conuiuari non triſtari iubet lex in ſeculo,*
*Conſolari, iucundari mandat Bacchus populo.*
*Ergo gaude, plaude, laude concio ſcholarium,*
*O ſi tale, tale, tale ſemper eſſet gaudium.*
*Felix ludus in quo nudus ſcholaris verberibus*
*Non ſuccumbit, nec decumbit magiſtri liuoribus.*
*Ergo gaude &c.*

LXVII. *Prima Vox.*



*R E-*



*gimen Schola rium volo com-*



*menda re, ſpe ro nec contra rium*



*mihi obuia re, modò nam ſcholares non*



*ſunt*




Regimen



## Altera Vox.




moria,




## LXVIII. DE CONCORDIA.






Chriſtianus is inſanus ſubitò efficitur,
Cuius ore, corde fore, vera pax non cernitur.
Illo ore, corde fore, vera pax non cernitur,
Quo coniurat, patrem curat ſternere, vt legitur,
Ipſo corde pleno ſorde Cain ſimul corruit,
Vehementer, fraudulenter dùm in fratrem irruit.
Hanc in facto nuper acto, Scharioth non habuit,
Dùm lethale, heu tàm malè laqueo ſe induit,
Magnũ donum, ſummũ bonũ confert pacis dignitas:
Tollit bella, cordis fella, mentis ſit ſynceritas.
Eſt amoris vinculum foris, optima felicitas,
Premit iras intus diras: oris eſt ſuauitas.

LXIX.




Benignam



Benignam vitam ducite in huius ſecli tramite,
Omnes dolos abijcite, virtutes bonorum
Ac honeſtatem morum, ex actis ipſorum, colligite.
Te Chriſte benigne, laudeq; digne precamur,
Euelle ſcelera, da nobis iã præterea tales, qui deuotè
Deo famulentur, ad aſtra leuentur & æthera.

# HISTORICÆ Cantiones.

## LXX. Prima Vox.




Altera

## Altera Vox.



ZAchæus arbo ris aſcendit ſtipitem,



vt Ieſum cerneret cœlo rum hoſpitem.

Zachæus Ieſum ſuſcipit hoſpitio,
Et caritatis pertractans officio.
Illic perpendens cordis habitaculum,
Si quenquam defraudaui, reddam quadruplum.
Dimidium bonorum do pauperibus,
Placatur Deus talibus muneribus.
Et nos de tali lætantes conuiuio,
Benedicamus Dominorum Domino.
Tibi nunc quoq; Chriſte qui nos ſatias,
Semper dicamus gratiarum gratias.

LXXI.



HOmo quidam Rex nobilis diues





diues in caritate, cœnam magnam diui-



tijs & magna largita te fecit, vocatis plu-



rimis cordis hilari ta te.

Tempus adeſt, conuiuium vt intrent inuitati,
Regale beneficium contemnunt ſed ingrati:
Sic verum perdunt gaudium mundanis implicati.
Vnus ad quem Rex miſerat ſuum fidum legatũ,
Vxorem quod adduxerat, inuenit occupatum,
Venire nec aptus erat ad feſtum præparatum.
Alter quẽ Rex per nunciũ rogans iuſsit intrare,
Ad locum exultantium, & epulas guſtare,
Spernens Regis imperium ſic cœpit excuſare.
Domum altã ædificem, in qua gaudens manebo,
Alteram & amplificem, & plures poſsidebo,
Si venero, multiplicem defectum hinc habebo.

Rex ad amicum tertium ſeruum velociorem
Mittens, rogat vt Regium non deſerat amorem,
Sed derelinquens ocium eius ſeruet honorem.

Reſpondit : quinq; debeo iuga boum probare,
Quæ fortia poſſideo & ea valdè carè,
Cum quibus opes ſtudeo & terras dilatare.

Tota die lucrum quærens boues defatigauit,
Sed ſerò quòd quieſceret locum laſſus optauit,
Et tenebras dùm cerneret, noctem multã expauit.

Neglectum tunc conuiuium incœpit cogitare,
Regis & ad palatium iam tardè properare,
Clauſum inuenit oſtium, iubetur foris ſtare.

Tunc Rex auerſa facie dixit, huc non intrabis,
Nec epulas lætitiæ vel cœnam hanc guſtabis:
Sic tuæ negligentiæ diſpendia portabis.

Iam priuor beneficijs, & filijs carebo,
Vxore cum delicijs, & mecum permanebo,
Pernoctans in miſerijs, & inde magis flebo.

Mundus, caro, dæmonia me malè ſeduxiſtis,
Dùm per diuerſa vitia me miſerum duxiſtis,
Et Paradiſi oſtia finaliter clauſiſtis.

Fratres hortor perpendite tormenta grauiora,
Aſſiduè dirigite ad bona meliora,
Ad cœnam vos diſponite, nam breuis vocat hora.

Cœleſtis Pater gratiæ qui Chriſtum huc miſiſti,
Tu nos ad cœnam gloriæ voca à mundo triſti,
Nobiſcum ſtes in acie, amore Ieſu Chriſti.

Ramus





R A mus virens o-
Bi num genus a-



liua rum per columbam panditur:
nima rum arca Noë clauditur.



Ergo plebs Finno nica gaude de hoc



dono, quòd facta es Catholica



Verbi Dei ſono.

Apex montis abſcondatur, aquæ vis dùm tollitur,
Nubis ſordes expurgatur, ſignum rei ponitur. Ergo plebs &c.

Grande mirum, pietatis arca dùm ſaluatur:
At tunc cunctis animatis ira Dei datur. Ergo &c.
Velut noſtro demonſtratur doctore Finlandiæ,
Fides Chriſti dùm fundatur, linquenti terrã Angliæ.
Vpſalenſem præſulatum Regno rexit Sueciæ,
Per Ericum ſublimatũ, præ cultu fiduciæ. Erg: &c.
Ardor ſtrinxit caritatis corda Patronorum,
Via ducti veritatis, ſorte ſupernorum. Ergo &c.
Læti petunt Finnonum terram peruenire,
Cultum pellunt Dæmonum, palmam reperiére. Erg.
Doctor miræ ſanctitatis ponens ſe periculis,
Formam veræ pietatis turbis dans incredulis. Erg:
Verſus partes Rex Ericus tendens domicilij,
Sanctus præſul hic Henricus comes fit exilij. Ergo:
Subit pœnas patienter palmam per martyrij,
Adeſt lictor vehementer potũ dans exitij. Erg: &c.
Chriſtus nobis Patrẽ oret, pacem ſeruans patriæ,
Laudis turba quem decoret, firma fide variè.
Ergo plebs Finnonica gaude &c.

## DE TEMPORE VERnali Cantiones.

LXXIII.



IN vernali tempore, or-
Dùm recedunt frigora nun-
tu læ-



tu lætabundo, Terræ, maris, nemoris decus
ciat hirundo, Vigor redit corporis, cedit



adeſt deforis, re nouato mundo.
dolor pectoris, tempore iucundo.

Terra vernat floribus & nemus virore,
Aues mulcent cantibus & vocis dulcore,
Aqua tempeſtatibus caret, aër imbribus,
Dulci plenus rore.
Sol conſumtis nubibus, radijs patentibus
Lucet cum dulcore.

O quàm mira gloria, quantus decor Dei,
Quanta reſplendentia ſuæ faciei,
A quo ducunt omnia, ima, ſumma, media,
Formam ſpeciei.
Maior eſt diſtantia, quàm ſit differentia
Noctis & diei.

LXXIV.



TEmpus adeſt floridum, ſurgunt
Vernales in omnibus, imi-

 namq;



*namq; flores,*
*tantur mores, Hoc quod frigus læſerat, re*



*parant calores, cernimus hoc fieri per mul-*



*tos labores.*

*Sunt prata plena floribus, iucunda aſpectu,*
*Vbi iuuat cernere herbas cum delectu,*
*Gramina & plantæ hyeme quieſcunt,*
*Vernali in tempore virent & accreſcunt.*
*Hæc vobis pulchrè monſtrant Deum Creatorē,*
*Quem quoque nos credimus omnium factorem,*
*O tempus ergo hilare, quo lætari libet,*
*Renouato nam mundo, nos nouari decet.*
*Terra ornatur floribus & multo decore,*
*Nos honeſtis moribus & vero amore,*
*Gaudeamus igitur tempore iucundo,*
*Laudemusq; Dominum pectoris ex fundo.*

FINIS.

GRYPHISVVALDIÆ
Typis Augustini Ferberi.
Anno, 1582.